1552 24. Martii. Ex MS. Arch. Stan. Aug. Regis

# Trajectus Varsaviensis

## Sigismundus Augustus—

Anno 1552 Datum Piotrcoviæ in Conven: tione Generali Regni, Feria quinta in Vigilia A: nunciationis B.æ M.æ Virginis Approbavit Rex Sigismundus Augustus Privilegium Gene: roso Stanislao Jezowski Notario Terrestri Var: saviensi ab Illustrissimo Joanne Duce Viznen: si, Varsaviensi et Zakroczymensi Domino et Principe Ciechanoviensi sub dato in Zakro: czym Feria quinta ante Oculi Anno 1377. Di: screto Viro Kunczy Concivi de Varsovia concessum, vigore cujus Illrmus Princeps Joannes vendi: dit Kunczowi perpetuo Navigium sub Civitate Varsaviensi pro Triginta duabus Sexagenis Grossorum Pragensium, hoc tamen excluso, quod idem Kuncza et sua posteritas, singulis annis perpetuisq. temporibus Principibus et Succes: soribus eorum Decem Sexagenas solvere sint adstricti, nec non etiam omnes Servitores Prin: cipis et Conthoralis, quandocunq. et quotiescunq. necessarium fuerit, per navigare absq. aliqua pensione debebunt. Eo præsertim excepto, quod ipse Kuncza et sui Successores, singulas Na: ves ad dictum navigium propriis pecuniis or: dinare facere et reformare sint obligati. Con: ferentes et dantes eidem Kunczowi et suis successoribus ad Litus ex utraq. parte Flu: vij, libere ubi sibi placuerit accedendi ad rip: pam, ne quispiam aliud Navigium Ausu temerario per oppositum Civitatis Varsa: viensis statuere præsumat.

Anno 1552. Datum Piotrcoviæ in Con: ventione Generali Regni Feria quinta in Vi: gilia Annunciationis Beatæ Mariæ Virgi: nis. Approbavit Rex Sigismundus Augustus Constitutiones super Navigio Varsaviensi, qd

Illrmus

Varsaviens.

Illmus Dux Boleslaus sub Actu et Data Varsaviæ Feria Secunda ante Sancti Tiburcij Anno 1472. constituit desonantia Verborum tali: Quod quotiescunq et quandocunq Mellicidie alias Bartnici, et alij omnes et singuli Tributarij, Datarij, Cmethones, et alij quicunq homines Nostri, tributa Mellorum Frumentorum et alia quæcunq necessaria, pro Curia et necessitate Nostra duxerint, et navigaverint, et de propriis rebus Venalibus, seu vendibilibus nihil habuerint ex tunc ad solutionem Navigii, et in transeundo et recedendo minime teneantur. Si vero aliquis Tributarius, aliquid de rebus vendibilibus propriis, ultra Tributa Ducalia habuerint extunc medietatem Navigij solvere teneatur. Item quicunq homines extranei Pecora eorum Vendibilia, aut equos per flumen Visla fluctuare seu pellere vulgariter Plawic voluerint, poterint libere fluctuare vulgariter pławic, a quibus navigium alias minimè solvere teneantur. Sed nullus Piscatorum, aut aliorum quorumcunq hominum ipsis hominibus Pecora aut Equos perpellere sic per Vistulam fluctuare volens, vulgariter pławic, nulla in fluctuando hujusmodi pecora et Equos debent præstare manibus et alias quoquomodo subsidia, si vero quispiam talia subsidia quocunq modo fecerit, extunc in gratia nostra remanebit, vulgariter na miłosci per Nos et Nostros Successores pro Arbitrio puniendus. Insuper volumus et constituimus quod omnes et singuli Cives Varsaviensis de utraq Civitate, cum Granibus, Curribus et Mercaneis quibusvis, ac omnes alij Institores Mercatores undecunq nullibi se navigent similiter et Praszotowie præterq in navigio Varsaviensi sub pœna Gratiæ Nostræ, alias pod Miłosną winą, similiter ad Arbitrium Nostrum, et Successorum Nostrorum puniendi. —

czyli Uchwały względem Żydawni Warsz.